

Vg  
5738









GR. 190.

GR. 190

5

Q. B. V.

DE



MERITIS  
LVTHERI  
IN OECONOMIAM PVBLI-  
CAM ET PRIVATAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO

DN. FRIDERICO

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQA.

PRAESIDE

D. IO. HERMANNO FÜRSTENAU

MEDICINAE ET OECONOMIAE PROFESSORE PRIMO

FAC. PHIL. H. T. DECANO

VENERANDO PARENTE SVO

D. X. NOV. MDCCCLXIX.

IN FESTO LVTHERI

H. L. Q. S.

PVBLICE DISPVTABIT


CAROLVS GODEFRIEDVS FÜRSTENAU

RINTELIENSIS

PHIL. ET THEOL. C.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.







## I.

**Q**uae salutarem in ecclesia et bonis litteris reformationem antegressa sunt tempora, a seculo post C. N. quarto circiter, ad decimum vsque quartum, integro millenario comprehensa, ob insignem in litteris et moribus barbariem passim obuiam barbara iure meritoque appellantur. Seculo enim quarto et quinto, irruentibus in Italiam Gothis, Vandalis, Longobardis et omnia vastantibus, sicut imperio Romano, ita et philosophiae et bonarum artium studio maximum damnum illatum est, accedente deinceps superstitione, tanquam omnis dominationis, et figillatim papalis arcano sensim auctum, vt virorum solida imbutorum doctrina magna vbiuis penuria fuerit, quique ultra vulgus saperent, aut magiae, aut haereseos aut similis criminis infimularentur. „Olim ante 100 annos, „ si quis pontificius hebraea sciuiisset, statim habitus „ fuisset haereticus, vt est in SCALIGERIANIS; quin p. 151. „ et miram ante ducentos annos fuisse barbariem, eodem loco mira affirmatur fiducia. Vt fictam p. 33. medii aevi barbariem, a viro quondam doctissimo P. LYSERO, conquisitis vndique argumentis assertam, sed non minori rationum robore, a viro pariter Clarissimo I. BURCKARDO conuulsam, nullam fere attentionem amplius mereri intelligentibus pridem sit perspectum. Enimuero, si dicendum, quod res est, non omne litterarum studium in mediis istis barbariei tenebris prorsus filuisse, tum praeclara quaedam inuenta, chartae imprimis scriptoriae, quae







eius P. MELANCHTONEM refingendae quasi, et puriori latinitatis veste induendae philosophiae scholasticae intentum referri. Videlicet multa peregit vir diuino zelo excitatus, sed multa posteris peragenda reliquit, viamque monstrauit, qua et erroribus passim inueteratis occurrere, et praecudiciis obicem ponere et felicitatem regnorum et populorum, et vnus cuiusuis propriam et domesticam tueri et promouere licet.

II.

Rei studium familiaris sigillatim barbaris istis temporibus prorsus neglectum videtur, vt COLVMELLAE verba in praefatione Rei Rusticae obuia: „ Sola res Rustica, quae sine dubio proxima et quae, si consanguinea est sapientiae tam discipulis eget, quam magistris - agricolationis neque doctores, neque discipulos cognoui, isti apprime conueniant tempestati. Enimuero in Academiae recens erectis primi Professores erant Monachi, qui vltra Aristotelem nihil sapiebant, in huius vero libris oeconomicis praeter generales quasdam regulas parum vel nihil solidae doctrinae reperias, Monachi vero et clerus pontificius sollicito cauendum sibi duxerunt, ne laici oeconomiae operam dando inquirerent in arcana artificia oeconomiae clericalis, et quia plerique boni oeconomi non solent inclinare ad opes suas in pios vsus profundendas, sed plerumque vel prodigorum, vel Euclionum hoc talentum est, sicut plura inter alia notatu dignissima pulchre animaduertit Illustri THOMASIVS in Cautelis

Cap. XVII.



lis circa praecognita iurisprudentiae. Ipsum vero exercitium oeconomiae non plane nullum, aut rude medio fuisse aevo, tum demum clarius constabit, si in istorum conditionem temporum pro instituti ratione paulisper inquiramus, neque recto multo deerrabimus, si quidem oeconomiam clericorum optimam et felicissimam, laicorum vero oeconomiam pessimam, et aerumnarum plenam fuisse affirmemus. „ Tout le mal est venu statim ac „ venit illa distinctio laicorum et clericorum, statim tyrannis; clerus temporibus Apostolorum „ erant plebei, quod apparet I. Petri maiestiosa „ epistola, vt est in SCALIGERIANIS eleganter „ notatum. „ Enimuero clerici laicorum donationibus, legatis, aliisque beneficiis et bonis ecclesiasticis locupletati vitam plerumque lautam, licet sub specie paupertatis et inopiae egerunt, idque seculo initio quarti, et circa Constantini M. tempora primum contigisse illumque Imperatorem primum omnium permisisse, vt quemadmodum paganorum templa, ita et christianorum legata et donationes capere possent, tum aliunde constat, tum in tr. gall. Histoire de l'origine et du progres des reuenus ecclesiastiques, par IEROME a COSTA, cuius compendium in A. E. L. 1684. legitur, quodque Viro Perillustri V. L. a SECKENDORF deberi, ex historia eius Lutheranismi discimus, praeclare expositum est, vnde pauca in rem nostram facientia decerpere iuvabit. Memorabile est HIERONYMI iudicium scribentis in vita Malchi: ab eo tempore ecclesia potentia

p. 193.

p. 497.



p. 236.

1877-40



tentia et diuitiis quidem maior, sed virtutibus minor facta est: et CHRYSOSTOMVM homil. 86. in Matth. valde queri de episcopis et clericis villarum suarum et litium cura distractis, et tempus consummentibus obseruatus non multo post fuit abusus, cum Episcopi maximam partem cum damno pauperum suis et numerosae familiae alimentis et commodis impenderent. Huic malo et varie prouisum, constitutis in oriente oeconomis, qui episcoporum expensis moderarentur. In occidenti cautum fuit, vt quarta tantum reddituum pars episcopo, tres reliquae clero pauperibus et fabricæ ecclesiarum ex aequo assignarentur, vt constat inter alia ex constitutione Gelasii Papae Can. Vobis enim 23. C. 12. Q. 2. Putat tamen, ex hac partitione tantum lites natas fuisse, nec praecaueri potuisse quo minus episcopi et praelati bona ecclesiastica ad priuatae possessionis titulos et modos redigerent, sub dominatu praesertim barbarorum regum, qui occidentalis imperii regionibus potiti erant. Nec tamen negat etiam in oriente diuitiarum cupiditatem, captationes haereditatum, aliaque vitia, de quibus HIERONYMVS et alii queruntur, apud clerum inualuisse. Vitae porro monasticae institutio a seculo III. et IV. Paulo et Hilario, imprimis S. Antonio communiter adscribitur, quippe qui cum statuisset mundo penitus valedicere, haereditates suas vicinis distribuit, suppellectilia sua vendidit, eorum pretium pauperibus largitus est, et in solitudinem se recepit ad an. 270. Circa an. 305. crescente singulis diebus numero eorum, qui ipsam





*T. II.*  
*p. 114.*  
*p. 1. f.* ipsum conueniebant coepta sunt aedificari in desertis locis multa monasteria, quorum S. Antonius erat quasi Pater, vt EL. du PIN in Bibl. Nou. Eccles. Aut. autor est. Licet primam eorum originem ex schola et institutis Pythagorae aut ab Effenis, qui eius vestigiis insistent, quin et certo intuitu ex Cynicorum disciplina deriuare integrum cui libet maneat. conf. C. I. DOHM Hist. Coenobii Mollenbeccensis.

## III.

*l. c.* Monachos vero ipsos initio tantum vitandae turbae, et sobriae vitae causa in solitudinem secessisse, obseruat a COSTA, victum manuum labore quaerentes et laicorum numero habitos, adeoque, vt isti pastorum et episcoporum curae suppositos. Allectos autem postea optimos, maximeque industrios ex illis in clerum, et variis functionibus ab episcopis admotos, et horum indulgentia ex distributione elemosynarum adiutos fuisse, - indulgentibus porro, hinc et inuitis episcopis et clero in alium plane statum ordines monasticos peruenisse, dum singulari cultus et disciplinae specie populi fauorem in se traherent, et ex donationibus, quas pro remedio, vt loquebantur, animae et ad missas priuarim celebrandas affatim accipiebant, opibus et possessione fundorum locupletarentur, cum interea episcopi regias aulas frequentarent, clerus doctrinam et mores negligeret, et templa, quae vocantur parochialia, et bona ecclesiastica potentia et iniuria laicorum vastarentur et alienarentur. Addit, vt monachi multis modis rem quaesierint et auxerint: vt fundos,



dos, quos ipsi colere non possent ad certa tempora et generationes, censum pacti elocauerint, quod conuenientiam et precariam vocabant, vtque etiam non parum lucrati sint, dum ex claustris suis, in quibus communi victu utebantur anachoretas emiserint, austeriori vita et sanctimonia populam attrahentes, et ex eius liberalitate monasteria ditantes. Notat non abstinuisse eos emtione bonorum vi et spolio a laicis quaesitorum, pro quibus vile pretium soluebant. Accessisse principum priuilegia, chartas libertatis et praecipua regalia vocabant, - demum per totam, qua christianis principibus subest, Europam eo ventum est, vt Papae omnem potestatem in bona ecclesiastica sibi supremo et proprio iure arrogarent, non ignari, maximam eorum partem ex mera principum liberalitate profectam, quam imprimis Otto I. imperator et proximi successores profusissime exercuerunt, ciuitates, pagos, villas cum omni iurisdictione ecclesiis donantes. Richardus I. vero Angliae rex, quod in chronicis Geruasii extat, seculo XII. plorauit in confessu episcoporum, et se miserum, non regem esse dixit, cum plerasque regni opes in particulas innumeras distractas, monachi albi et nigri et ordinis diuersi canonici possiderent, nam et per vim quaedam principibus et laicis erepta fuerunt, vt PAVLVS SARPVS egregie ostendit tr. gall. de beneficiis ecclesiasticis, cuius compendium extat in BIBLIOTHECA THOMASIANA. Ipsa vero monasteria largissimis istis donationibus vi aut metu exactis originem plerumque debent, eum in finem condita, non vt scholarum atque academia-

B rum

To. I.  
p. 246. f.



To. II.  
p. 267.

rum loco essent, „ sed vt ad sui potius et rerum  
 „ mundanarum omnium, interque eas artium non  
 „ minus ac scientiarum profanarum contemptum  
 „ ducerent, sicut magná affirmat fiducia IO. MA-  
 BILLON tr. gall. des etudes monastiques, cuius com-  
 pendium extat in A. E. L. suppl. qui et ipse  
 capite XIV. operas manuaras magnopere sibi com-  
 mendatas monachos habere debere, pluribus com-  
 monstrat. Nam et iuxta regulam 66. S. Benedicti  
 monasterium, si fieri potest, ita construatur, vt om-  
 nia necessaria, id est aqua, molendinum, hortus,  
 pistrinum, vel artes diuersae intra monasterium ex-  
 erceantur, vt non sit necessitas monachis vagandi  
 foras, quia omnino non expedit animabus eorum.  
 In monasteriis quippe bene moderatis constitutum  
 est, vt quisque per singulos dies certis horis aliquid  
 manibus operetur, et caeteras horas habeat ad le-  
 gendum et orandum, aut aliquid de diuinis litteris  
 agendum, liberas, sicut ex AVGVSTINO, qui hanc se-  
 quietam tranquillamque vitam praelaturam huic a-  
 lii tumultuosissimae, quae tota in componendis di-  
 rimendisque secularium rixis atque querelis misere  
 consumitur, affirmat, fidem facit EL. DUPIN. Et sicut  
 de quotidianis operibus monachorum in DECRETO  
 GRATIANI egregia plane occurrunt monita, ita E-  
 RASMVS vitam et instituta monastica primaeva, et  
 quae sui fuerint temporis, graphice describens in  
 eleganti de contemptu mundi libello, „ pauperie, in-  
 „ quit, nostra nihil locupletius, seruitute nihil libe-  
 „ rius, labore nihil quietius, inedia satuta, angustiae  
 „ spa-


l.c. To. III.  
p. 441.

dist. V.

A. 242.9

B





„ spaciofissimae, moeror iucundissimus, amaritudo  
 „ perquam suaui, vigiliae somno quouis gratiores.  
 Et quod studia monachorum sigillatim attinet, ist-  
 hoc hominum genus autore G. C. SCHELHAMERO,  
 tr. d. nitro „ in tanto otio, curis soluti versantes,  
 „ magicis artibus, diuinationibus et eius generisa-  
 „ liis studiis potissimum incumbunt, aliquando et-  
 „ iam chimiae.

p. 99.

p. 231.

## IV.

Ex hisce breuiter strictimque disputatis clare  
 satis elucescit id, quod supra assertum iui, optimam  
 et florentissimam quondam clericorum, miseram  
 vero laicorum, quorum in numero et principes sunt  
 habiti viri, et aerumnosam fuisse oeconomiam.  
 Istud vero plenius innotescet, si mente reputaueri-  
 mus, illorum opes et facultates ex oblationibus, ele-  
 emosynis, decimis, primitiis et similibus beneficiis ec-  
 clesiae aut vi, aut clam, aut precario collatis in im-  
 mensum auctas fuisse. Quemadmodum vero ni-  
 mia pietas et religio principum, regum atque im-  
 peratorum, nec non summa deuotio populi, et praesertim  
 muliercularum diuitias atque opes cleri in  
 immensum auxit, ita quoque ipsa diuitiarum atque  
 opum possessio cupiditatem atque sitim earundem  
 ardentius accendit, postea quam ecclesia primitiua  
 christiana libertatem bona immobilia acquirendi ob-  
 tinuit, quam circa annum 370. a magistratu politi-  
 co restrictam diuus HIERONYMVS fatetur necessa-  
 rium pharmacum et remedium fuisse ad sacerdo-

B. 238. 1188. Becke. 87. tum



tum immodicam auaritiam atque cupiditatem co-  
 ercendam. Quin imo diuus AVGVSTINVS omnino  
 reiicit et damnat modum acquirendi sui temporis,  
 quo ex prouentibus annuis ecclesiae noua bona im-  
 mobilia acquirebantur. Circa oblationes irrepse-  
 runt paulatim prauae artes captandi testamenta pio-  
 rum hominum, nonnulli enim pro remedio animae,  
 pro celebrando anniuersario, pro liberatione ex  
 purgatorio, pro redimendis missis, pro fundandis  
 altaribus, pro precibus post mortem faciendis, ter-  
 ras, prata, nemora, domos, praesidia ecclesiis obtu-  
 lerunt, sicut ex infinitis donationum et traditionum  
 tabulis et exemplis apud GOLDASTVM, PISTORIVM,  
 MEIBOMIVM et alios ad oculum patet. Hinc illae  
 formulae antiquae: pro remedio animae. Hosce  
 corruptos seculi sui mores pulchre descripsit SVLPI-  
 TIVS SEVERVS in Historia Sacra hisce quae sequun-  
 tur verbis: „ Leuitis in sacerdotium assumtis nul-  
 „ la portio data, quo liberius seruirent Deo. Equi-  
 „ dem hoc exemplum non tacitus praeterierim, le-  
 „ gendumque ministris ecclesiarum libenter inges-  
 „ ferim. Etenim praecepti huius non solum im-  
 „ memores, sed etiam ignari mihi videntur; tanta  
 „ hoc tempore animos eorum habendi cupido vel-  
 „ uti tabes incessit: inhiant possessionibus, praedia  
 „ excolunt, auro incubant, emunt venduntque,  
 „ quaestui per omnia student. At si qui melioris  
 „ propositi videntur, neque possidentes, neque ne-  
 „ gotiantes, quod est multo turpius, sedentes mu-  
 „ nera expectant, atque omne vitae decus mercede  
 cor-

L. I. p. 37.






„ corruptum habent, dum quasi venalem praefere-  
 runt sanctitatem. Et decimas quidem ad veteris te-  
 stamenti imitationem a Carolo Magno et Ludovico Pio seculo octavo clericorum in usum intro-  
 ductas secundum Dei mandatum praecipientibus, ut omnes decimam partem substantiae et laboris sui ecclesiis et sacerdotibus donent, tam nobiles, quam ingenui, utque de omni conlaborato, et de vino et de foeno fideliter et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur, ex utriusque constitutione apud BALVZIVM patet. et cum decimae praediales non sufficerent, tandem eo deventum est, ut quisque mercenarius vel operarius de sua mercede et labore, quisque venator, quisque miles de suo salario et stipendio, imo et pauperes de elemosynis, et scorta seu meretrices de mercede sua sacerdotibus decimam partem soluere atque pendere tenerentur. Eo tempore et multis post seculis omnes sermones sacros et conciones publicas non de articulis fidei et moribus corrigendis, sed de praestandis et soluendis decimis habitas esse, monumentis haud dubiis constat, quin sermones ad populum facri, quos Graeci homilias vocant, partim absque nomine, partim sub AVGVSTINI aliorumque veterum Patrum nominibus de praestandis decimis falso circumferuntur. Nam et stylus fati euincit ac manifestum facit, quod eiusmodi sermones post seculum octavum sint conficti et confecti, atque ex historiis notum est, neque in Africa, neque in oriente nunquam decimas fuisse indictas, multo minus  
 fo-

*Leuit.*  
*XXVII.*  
*3. f. Deut.*  
*XIV. 22. f.*

*To. II.*  
*p. 664.*





2. c.  
II. 17  
1804

solutas, et quod hae decimae originem ex Gallia si-  
ve Francorum regno habeant, sicut pluribus eui-  
ctum dedit laudatus ante P. SARPVS. Ac licet ex  
decreto pontificis iniustum quondam visum fuerit,  
aliquam laicam personam decimas possidere, quas  
manifeste Dominus his qui altari deseruiunt, depu-  
tauerit, tamen nec Nobilibus desunt decimae, quae  
iis olim ab ecclesiis, id est, episcopis et sacerdotibus  
ac parochis, temporibus illis turbulentis, da das  
Faust - Recht noch im Schwange ginge, concessae  
fuerunt, vel ad tempus, vel in perpetuum, vt eos a  
praedonum ac raptorum violentiis et rapacitate ar-  
mis tuerentur atque defenderent, seu vt doctissimo  
videtur CONRINGIO in Notis criticis ad Taciti Ger-  
maniam, decimae illae non prius fuere in vsu per  
Germaniam, antequam Nobiles illas siue per vim  
a sacerdotibus extorquerent, siue vltro et precario  
acciperent pro tuendis ecclesiae fundis et sacris vi-  
ris ac foeminis. Aliud decimarum genus seculo  
XIII. introductum fuit, nempe clericorum et mo-  
nachorum decimatio, pro redemptione terrae sanctae  
vt vocabant, siue in sumtum belli sacri et pro expe-  
ditione in orientem, cuius originem et occasionem  
elegantiter iterum PAVLVS descripsit SARPVS hisce  
verbis: „ Verum hoc tempore oriebatur alia occa-  
„ sio ditandi ecclesiam Romanam siue Pontificiam,  
„ nempe expeditionis in terram sanctam siue bel-  
„ lum sacrum aduersus Turcas et Saracenos, cuius  
„ praetextu hae decimae indicebantur. Ceterum  
feruor huius expeditionis initio adeo vehemens erat,  
et

4. c.



et immoderatus, vt homines susque deque habitis vxoribus, liberis et reliquis facultatibus in bellum sacrum quasi furore quodam acti et fascinati ruerent, se cruce signarent, et omnia sua venderent, vel ecclesiis et monasteriis assignarent ac donarent: et ultra mare pergerent, imo vxores quoque et mulierculae contemtis et posthabitis liberis et maritis, omnia in illud bellum conferebant. Et hac quoque occasione coenobium nobis vicinum Möllenbeccense extructum fuisse vulgo fertur, licet circumstantiae poeticis magis decorae fabulis, quam in corruptis rerum monumentis tradantur, vt cum LIVIO loquitur laudatus ante C. P. DOHM. Quae quidem omnia fusius persequitur latiusque exponit H. A. MEINDERS, ICrus Bielfeldensis Clarissimus, dissertatione singulari de origine et iure decimarum in antiqua Saxonia, seu Westfalia.

*l. c. p. 29.*

V.

Praeterea et excommunicationem siue bannum, et lucrosas, poenitentiae loco delinquentibus irrogatas poenas siue multas, tanquam retia ad interceptandas laicorum ditiones opportuna et commoda summo vrserunt studio episcopi. Ipsi nimirum principes, quando exorbitauerint, limites pietatis et honestatis vel leuiter transientes, episcopis et coenobiarchis ditissimae regiones, praefecturae, territoria, praedia, oppida, et similia sunt oblata, id quod tum aliunde constat, tum exemplis demonstrat KLOCKIUS tr. de aerario. Quin imo ob vitam coelibem, quam episcopos et canonicos transigere pontificum ius-

*L. II.*

*c. 149.*



iufferant decreta, vel hinc de industria Comites et Barones elegerunt episcopos, vt nempe extincta illorum stirpe ipsorum ecclesia vel ipsi episcopi et canonici heredes in bonis vacantibus instituerentur, vel ab intestato succederent, vnde permultae illustres familiae deficiente ciuili et legitima prole interierunt, et bona eorum cum irreparabili Reipublicae damno ac detrimento perpetuo ad extraneos et peregrinos, episcopos nempe et monachos translata fuerunt. Egit id ex instituto HERM. HAMELMANNVS tr. de familiis illustribus emortuis, vt ostenderet quot familiae illustres in Germania et Saxonia praesertim antiqua siue Westfalia per eiusmodi episcoporum et Abbatum nec non clericorum et monachorum pias fraudes extinctae sint. Horum vero audacia et dolus moribundos angens summosque purgatorii cruciatus ostentans eo vsque processit, vt publicis tandem legibus fuerit inhibitus; inde vero ad talem egestatem Principes nonnulli fuere redacti, vt eorum fratres appennagiati vel filii coacti fuerint ab Abbatibus necessaria vitae, atque adeo contra decus natalitium quandam quasi stipem petere ab iis, qui infando luxu bona eorum auita prodigebant, quae quidem omnia ex WINCKELMANNI Notitia veteris Sax. f. Westfaliae et P. SARPIO l.c. pluribus exposuit laudatus modo MEINDERS, quibuscum ill. BÖHMERSI dissertatio de praescriptione circa decimas ecclesiasticas et seculares, vt et s. PVFENDORFII Einleitung zur Historie vom Pabst conferri meretur. His vero illud addendum, quod clericorum felicitatem, laico-

es. 9. 1

l. c. p. 482.

cap. XII.





laicorum vero miseram conditionem mirum quantum auxit, quod a temporibus Caroli Magni homines proprii, serui, mancipia, rustici, coloni seu glebae adscripti vna cum vxoribus, liberis et omnibus facultatibus vti praediis reliquis, ita et monasteriis, et collegiis sacris reliquis vna cum reliquis priuilegiis concessi fuerint, de quorum origine, progressu et praesenti conditione plures inter alios ICTI illustres, BÖHMER de seruis Germanorum non a Romanis, sed Germanis deriuandis, THOMASIVS et HERTIVS de hominibus propriis, ENGELBRECHT de operis rusticorum, PORGISSER de statu et conditione seruorum apud veteres Germanos, ESTOR de ministerialibus, PERTSCH de operis determinatis et indeterminatis, inque primis de LVDEWIG in iure clientelari consuli merentur, cuius prae reliquis notatu, et quae h. l. legantur digna visa sunt verba: „Ein Gut, das „keine Hof- und Fron-Dienste hätte, wäre ein Vogel ohne Flügel, ein Fuhrmann ohne Pferd. Wer „alles Feld durch Miet-Leute bauen wolte, der schöpfe „fete Wasser mit einem Siebe. His demum omnibus accedit bonorum ecclesiasticorum administrandi ratio medio aeuo vsitata, quae in eo potissimum consistit, vt ipsi collegiorum praefecti redditus suos per colonos administrauerint, neq; in alios facile vlllo vel alienationis vel locationis titulo hoc quicquid est officii transferri sunt passi, quam in rem tum integrum fere tertium DECRETALIVM librum, tum EX DECRETO GRATIANI Caus. XII. Quaest. I. seq. conferre, iuvabit, quamuis corruptis sensim moribus, quorum

Seet. III.  
Cap. II. §. 2.

C

de-





P. I.  
p. 869. f.

p. 184.

detestanda specimina ex HINC MARI Remensis operibus in BIBLIOTHECA THOMASIANA legas licet, ab hisce placitis et institutis recefferint subinde, aliamque et ipsam locationis methodum elegerint, quorsum et illud merito refertur, quod in iure clientelari de LVDEWIG, ad fidem MATTHAEI Parisiensis de locatione sellae confessionariae seculo XIII. usitata relatum legitur.

VI.

Hisce igitur tot tantisque malis, naevis et facultatum in re familiari abusibus, qua ratione in salutari reformationis negotio, duce potissimum LUTHERO medela sit parata, nunc porro dispiciendum erit. Enimvero virum hunc praeter alia maximi momenti negotia id quoque egisse constat, ut iura principum circa bona ecclesiastica et sacra tot maculis corrupta pro virili assereret, et pristino nitore restitueret. Quo quidem in negotio quid praestiterit vir optimus, praeterquam quod luce evangelica eius ministerio potissimum accensa, tum reges et principes ipsi, tum et qui eorum auspiciis sacris operati sunt, viri clarissimi ducem in primis LUTHERVM secuti fuerint, testes sunt eiusdem, Bedencken von geistlichen Gütern, und deren sequestration, quae in Tomo II. Islebiensi fol. 313. seq. ut et Tomo Altenburgensi V. fol. 1027. et fol. 1029. earumque compendia in fine dissertationis leguntur, quibus et sequentia in colloquiis occurrentia congruunt:  
 „ Mein Raht und Bedencken ist allezeit geweest:  
 „ das man die Stifte und Bisthum ließe bleiben zu  
 Nuz

fol. 270.





„ Nuz und Brauch für arme Studenten zum schu-  
 „ len. Da ein Dechant oder Probst auf dem Stift  
 „ selbst nicht wolte oder könte predigen, daß er  
 „ andre Schüler und Studenten die dazu geschickt  
 „ sind, verlegte und ließe sie studiren und predigen  
 „ auf seine Unkost. Videlicet res omnis eo redit,  
 „ vt bona ecclesiastica piis vsibus destinata primaeua  
 „ suo scopo postliminio vindicentur, non vero pro-  
 „ fanis et turpibus abusibus commaculentur, id quod,  
 „ cum collegia cathedralia, et monasteria ex primae-  
 „ ua sua institutione fuerint scholae et bonarum artium  
 „ seminaria, quicquid in partem aduersam a pontificiis  
 „ afferatur. vid. H. CONRINGIVS in Antiquitatibus  
 „ Academicis earumq; supplem. et laudatus ante MEIN-  
 „ DERS diff. de collegiis et monasteriis antiq. veter. Saxoniae  
 „ s. Westfaliae, in diuersas quidem partes abierunt,  
 „ qui iisdem reformandis operam impenderunt, aliis  
 „ quidem illa penitus remouenda, aut vsibus tantum  
 „ profanis et secularibus destinanda, aliis vero diui  
 „ LVTHERI ad mentem eadem conseruanda, sed veris  
 „ et legitimis vsibus et scopis primaeuae foundationi  
 „ congruis restituenda suadentibus, quorum in numero  
 „ et F. HORTLEDER von den Ursachen des teutschen  
 „ Krieges sequentem in modum, quid sentiat, expromit:  
 „ „ also könte man zu diesen Zeiten, nachdem  
 „ man den Kirchendienern vom Kirchen- Gut ihr  
 „ Gebühr und Futter und Decke geordnet hat, von  
 „ den übrigen erst die große Noth der gar dürfti-  
 „ gen, und denn aber auch verordnen zur Noth-  
 „ durft gemeiner Regierung, zu Beschüzung Land  
 „ und

p. 61. 266.

f.



c. 2.

L. V. c. 8.

art. 2.

p. 1117.






„ und Leute wider den Türcken, zu Erhaltung ehr-  
 „ licher Geschlechter, zuvor derjenigen, von deren  
 „ Eltern den Kirchen etwas zukommen ist, wie  
 „ das die Canones auch gebieten. Cauf. 16. q. 7.  
 „ Quicumque, und man solches bey dem Heil. Gre-  
 „ gorio viel herrliche Exempel hat, und ja alles  
 „ zum besten fürsehen, wie das den Christen inge-  
 „ mein, und besonders zum Besten nutzen und  
 „ frommen mag. In Summa, wenn in Verord-  
 „ nung und Ausspendung dieses Guts das Reich  
 „ Christi der Zweck seyn würde, so würde mans  
 „ also ausspenden zu gemeinen und besondern Nuz,  
 „ das mans besser und christenlicher nicht begeh-  
 „ ren kan, und wird hiezu immer dienen und be-  
 „ fürdern, das es ein heilig Kirchen- und Gottes-  
 „ Gut ist. Hac ratione extantiora Hassiae coe-  
 „ nobia Hayn, Merkshausen etc. in Xenodochia a  
 „ Philippo Magnanimo sunt conuersa, atque ex rediti-  
 „ bus coenobii vicini Mollenbeccensis diui Wilhelmi  
 „ VI. auspiciis Collegium Wilhelmianum pro alumno-  
 „ rum bonae mentis sustentatione et domicilio inter  
 „ alia fundatum est, posteaquam diuus Ernestus glorio-  
 „ sissimus Academiae nostrae fundator, coenobiorum  
 „ Comitatus Schaumburgici, Obernkirch, Egesdorff  
 „ et Klosterhof zu Rintelini redditus Academiae ceu  
 „ fructus certos et perpetuos destinauerat. cf. et C. A.  
 „ SALIG Historie der Augsp. Confession, et REINHAR-  
 „ TI diff. de iure princ. Germ. praef. Saxon. circa sa-  
 „ cra ante tempora reformationis. Ipsum vero LV-  
 „ THERVM in oeconomia quoque publica et princi-  
 „ pum

p. 825. f.





ptum politia virorum versatiffimum fuiffe, tum præ-  
clara illa monita et animaduersiones, quæ de Re-  
publica Romana, Veneta, Florentina, Augustana,  
Noribergensi, Erfurtenfi, aliisque in colloquiis eius *fol. 455.*  
passim occurrunt, tum sequentia eius verba ibidem  
obuia testantur: „ Ein frommer Gottsfürchtiger, *fol. 447.*

„ kluger Fürst ist eine grosse Gabe Gottes, wie  
„ H. Friedrich Churfürst zu Sachsen war, der war  
„ recht ein Vater des Vaterlandes, hat wohl regie-  
„ ret, konte die Keller und Boden füllen, daß er  
„ noch grosse Gruben dazu lies machen, und mit  
„ Getreide füllen, und verbaute jährlich in zwölf  
„ tausend Gulden, und der D. zehlet bey neun Schlöf-  
„ fer, die H. Friedrich gebauet hatte, dennoch hat  
„ er Geldes gnug, denn er war selbst Schösser,  
„ nach Claus Narren Raht, der sagte einmal zu ihm,  
„ da der Herzog klagte, Er hätte kein Geld, werde  
„ ein Schösser oder Rentmeister, sprach er, so  
„ kriegstu auch Geld etc. Mit seinen Amtleuten,  
„ Schössern, Verwaltern und Dienern hielt er  
„ scharffe Rechnung, wenn er gleich in ein Schloß  
„ kam, so aß, tranck, fütterte er, wie ein ander  
„ Gast, bezahlet alles rein ab, auf daß die Amtleute  
„ darnach nicht zu entschuldigen hätten, und sa-  
„ gen konten, so viel wäre mit dem Fürsten auf-  
„ gangen und verzehret, daher kam es auch, daß  
„ er seinem Lande einen grossen Schaz und Vor-  
„ rath verlies, aber jetzt sind die Boden und Gruben  
„ ledig gnug. Idemque ex sequentibus eius litteris,  
qui-



quibus Electori suo de reditu ex Augusta Vindelico-  
 rum gratulatur haud difficulter colligitur: „auch  
 „ Gnädigster Herr, weil ich hie zu Coburg habe  
 „ hausgehalten dis halbe Jahr, muß ich E. C. F. G.  
 „ anzeigen etliche Mängel, bitte E. C. F. G. wolte sich  
 „ der nicht beschweren, denn ich mich solches an-  
 „ zuzeigen schuldig erkenne, und E. C. F. G. nicht  
 „ mehr Mühe kostet, denn einen ernstn Befehl  
 „ zu thun den Amtleuten, und wer dazu verord-  
 „ net ist. Ich habe zwar nicht allein von geringen  
 „ Leuten, sondern auch durch mich selbst vvolge-  
 „ sehn, so kan E. C. F. G. solches alles vvol erkun-  
 „ den bey Er Hansen von Sternberg, und dem Cas-  
 „ fuer, welche alle beide mir heimlich selbs drüber  
 „ geklagt, und als frume treüe Leüte, als ich sie er-  
 „ faren, grossen Misfallen dran haben, und doch  
 „ nichts schaffen können, will solche Mengel hie y-  
 „ ne beygelegter Zeddel E. C. F. G. darstellen und  
 „ undertenigst gebeten haben, E. C. F. G. wolte  
 „ doch einen Ernst einmal gebrauchen, und also be-  
 „ felhen, das mans für einen Befelh halten müsse.  
 „ Datum Coburg, E. C. F. G. untertheniger Mar-  
 „ tinus Luther.

## VIII.

Quantum coelibatus integras regiones deua-  
 stando, tot familias illustres extirpando, quin et sa-  
 cerdotum penuriam et defectum inducendo, vid.  
 omnio v. l. a SECKENDORF Hist. Lutheranismi, et  
 tot flagitiis sceleribusque ansam praebendo barbaris  
 istis temporibus intulit damni, tantum ex aduerso  
 com-

L. III.  
 p. 183.



commodi matrimonium LVTHERI ministerio cler-  
 icis iterum assertum et vindicatum summis  
 terrarum principibus ac dominis pariter atque ple-  
 beis attulit. Enimuero sicut principes viri matrimo-  
 nio feliciter et ex animi sententia contracto, et  
 legitimis inde genitis haeredibus stirpis suae peren-  
 nitatem maxima perfusi laetitia vel e longinquo  
 contemplantur, vnde tot regionum et populorum  
 salus et subditorum felicitas omnibus bonorum ge-  
 nere affluens consequitur; ita nec plebeis et infe-  
 riori loco natis sua defunt commoda ex matrimo-  
 nio fausto omine contracto affatim et largo riuo  
 propullulantia. Nam vt Iulio Agricolae, autore  
 C. TACITO in vita eius, ita et bono cuilibet et inte-  
 gro viro, ad maiora enitenti matrimonium decus  
 et robur est. Quae quidem fusius deducta occurrunt  
 in tr. gall. moyen de vivre heureux dans l'etat de  
 mariage, qui 1723. prodiit. cf. von bessrer Einrich-  
 tung der Verehligung, als einem Stück guter Poli-  
 cey, LEIPZIGER SAMML. Et sicut diuisum im-  
 perium, ita et dispersitae marem inter et foeminam  
 sunt in re familiari administranda operae, quarum  
 altera alteri succurrit, et in familia rite gubernanda  
 manus quasi auxiliatrices praebet. Quae quidem  
 omnia et singula ita sunt comparata, vt concubina-  
 rum et pellicum officia longo post serelinquant in-  
 teruallo, etenim sapientissimi SALOMONIS elogio in  
 Proverbiis: pretium scorti vix est vnus panis, mu-  
 lier autem viri pretiosam animam capit. De ipsius  
 vero LVTHERI matrimonio ne plura faciamus verba,  
 vir

p. 828.

VII. 4.

VI. 26.



vir cl. H. a SEELEN, qui de coniugio Lutheri et iudicio Hildebrandino aliisque plura inter alia stromata Lutherana erudite exposuit, in causa est.

## IX.

Scholae demum ipsae, tum triuiales tum altiores, ipsaeque Academiae, quantum LVTHERI studio debeant, atque emendationi, tum idem ille a SEELEN praeclare demonstrauit oratione: Lutherus de scholis optime meritus, tum aliunde passim constat, a nemine certe in dubium vocatur, et a SECKENDORFIO verbis ex libello eius ad Caesarem et Nobilitatem Imperii desumptis ostenditur, pone sequentibus:

*I. c. L. I.  
p. 112.*

„ Academica studia omnia et singula corrigi debe-  
„ re contendit, in impietatem Aristotelis grauiter  
„ inuectus, neque ex eo praeter Logicam, Rhetor-  
„ ricam et Poëticam quidquam doceri optat. - -  
„ scholas tam puerorum, quam puellarum, praeci-  
„ pue ad pietatis praecepta institui debere docet.  
„ Vtque scholas reipublicae seminaria esse, in quibus  
„ oeconomiae publicae et priuatae fundamenta sunt  
„ iacienda, eo clarius ostendat eodem loco „ politiae  
„ etiam vitia emendanda monstrat, luxum vestium  
„ et mensae, inuectionem aromatum et mercium  
„ peregrinarum, damna vsurarum et monopolio-  
„ rum, neglectam educationem liberorum, turpi-  
„ tudinem lupanarium: qua occasione promiscua  
„ et praematura vitae monasticae vota improbat,  
„ et ante annum trigefimum neminem ad illa ad-  
„ mittendum esse existimat: mendicos, siue mo-  
„ nachi sint, siue laici, tolerari debere negat. conf.  
plu-



plura ibidem. Studio vero oeconomico excolendo, vt scholae in vniuersum omnes, iactis in iisdem solidis pietatis, morum et litterarum fundamentis, ita manuariae inprimis mechanicae et operariae scholae, die Handvvercks- und Werck-schulen, a SEMLERO, MARPERGERO, LEIB, aliisque propositae et reuera partim introductae, vtrique sexui omnique aetati puerili quoque et senili accommodatae inseruiunt, quas diuus ipse LVTHERVS e longinquo quasi respexisse et praeoptasse videtur, dum puellarum quoque scholas commemorat, nostris vero temporibus frequentem earum ipsorumque gynaeceorum mentionem fieri et plura eam in rem suggesta consilia monita et desiderata in den LEIPZIGER SAMLVNGEN passim, vt et I. C. DITMARI Einleitung in die Oeconomie-Policey- und Cameral-Wissenschaften demonstrant; extantiora vero earundem paradigmata in I. TILLOTSON orationibus sacris ex Anglico in Germanicum sermonem versis offendamus licet. Instar omnium perill, SECKENDORFFII desiderium attentione dignum videtur:

„ und vvaere daher zu vvuenschen, das in den  
„ Stadt-Schulen oder etlichen Orten auf dem Lande neben den Lateinischen Sprach- und Schul-  
„ Kuensten auch etvvan in Deutscher Sprache ein  
„ nothduerftiger Bericht der Jugend vviederfuehre, von andern Dingen, die ein kuenftiger Haus-  
„ Vater, Buerger und Einvvohner des Landes von  
„ allerhand natuerlichen und vernuenftigen Sachen, Beschaffenheit des Landes, Regiments und

D

Haus-

L. III.

P. 535.

XXI. I. 5.

XLIII. 10.

XLIV. I.

L. I.

LVIII. 15.


p. 200.

P. IV.

p. 412.

418.






„ Hausvvesens in allen Staenden mit Nuz vvvissen  
 P. II. p. 311 „ und gebrauchen könte im Fuerstenstaat.

## X.

Haec et similia LVTHERO in acceptis ferenda  
 Reu. quondam Argentoratensi, hinc Vitenbergenfi  
 Theologo BALTHASARI BEBELIO de beneficiis magi-  
 stratui politico a Luthero exhibitis, hic vero G. HENR.  
 GÖZIO, Lubecensium Praefuli VEN. de beneficiis oeco-  
 nomicis Lutheri ministerio exhibitis dissertationes  
 conscribendi occasionem dederunt, quarum neu-  
 tram inspicere haectenus licuit. His vero beneficiis  
 publicam et priuatam cuiuslibet oeconomiam insi-  
 gniter promotam, et ad maius indies fastigium ela-  
 tam esse, patet. Nihil igitur superesse videtur, quam  
 vt de priuata LVTHERI oeconomia pauca quaedam  
 annectamus. De hac ipsa eius verba ex colloquiis  
 Germ. edit. fol. audire iuuabit, ita autem ille: von  
 dem Spruch: Gebet, so vvirde euch gegeben, „das  
 P. 138. „ ist ein gevvisser Spruch, der die Leute arm und  
 „ reich machet, das erhelt mein Haus. Ich solte  
 „ mich nicht ruehmen, ich vveis aber, vvas ich ein  
 „ Iahr gebe, und kehret sich zu D. Gregor. Brueck,  
 „ und sagte: vvenn mein Gnediger Herr einem  
 „ Edelmann tausend Gulden gebe, so erhielt er doch  
 „ mein Haus nicht, und habe doch nur 300 Gul-  
 „ den, aber Gott gibt gnug, der segnet es. Alias  
 P. II. p. 18. in colloq. et medit. LVTHERVS de semetipso se-  
 „ quenti ratione sermonem instituit: „Ego mirabi-  
 „ lem habeo oeconomiam, qui plus consumo quam  
 „ recipio, oportet me per singulos annos habere  
 „ quingentos florenos ad oeconomiam in culinam,

vt





„ vt interim taceam de vestitu et ornatu ac eleemo-  
 „ fynis, cum tamen stipendium meum habeat in se  
 „ ducentos florenos. Ego ad oeconomiam valde  
 „ sum idoneus, propinquorum, pauperum alimen-  
 „ tis, et quotidiano peregrinorum aduentu exhau-  
 „ rior, si minorem haberem domum, et a copia fa-  
 „ miliae meae abstinerem, quam paucissimis rem-  
 „ domesticam curarem, verum oportet, Deum tu-  
 „ torem esse stultorum. V. I. A. FABRICII Centifol.  
 Lutheranum, id quod nec ERASMYM fugit, qui pau-  
 perem et tenuem Lutherum locupletare multos, eo-  
 dem loco affirmasse dicitur. Neque omittendum,  
 quod alias refertur, ipsum in tanta vixisse egestate,  
 vt indignis laboribus manum admouere subinde co-  
 geretur. Meretur tamen magnus viri animus ob-  
 seruari, licet enim pauperrimus esset, duplici grysea  
 et nigra, noua veste a Ioanne Electore Saxoniae do-  
 natus, aegre tamen donaria ista accepit, et rogat  
 Electorem, ne credat, se inopem esse, se plus habe-  
 re, imo dolere, quod plus a Principe iam acceperit,  
 quam opus habeat. Haec vero vt in exemplum par-  
 simoniae, fidei, *euuapxiās*, et singularis Dei prouiden-  
 tiaē aliis imitanda merito proponuntur, ita singulare  
 prorsus est et indolem heroicam redolet, non a quo-  
 quam facile imitandum, quod de Megalandro no-  
 stro LVTHERO a MATTHESIO in vita eius relatum le-  
 gitur, illum nimirum quendam metallicaē rei dedi-  
 tum valde obaeratum ab omni spiritali et corporali  
 delicto ac debito diuino prorsus zelo et fide he-  
 roica immunem pronunciaffe.

p. 301.

p. 303.

p. 441.

lib W 32

S. D. G.



SEQ. BENEVOLAE COMMUNICATIONI  
VEN. MINDENSIVM ANTISTITIS  
D. GÖRINGII

DEBENTVR :

Extr. V. Tom. Altenb. fol. 1027. D. M. Lutheri  
*Bedencken der geistl. Güter halben. 1532.*


**D**iese Sache stehet auf 2 Stuecken. Das erste ist von dem Gottesdienst der Geistlichen. Das andre von den Guetern der Geistlichen. Vom ersten, so man fragt: ob der Churfuerst von Sachsen etc. schuldig gevvest, oder noch sey, die Klöster oder Stifter vvieder einzurichten, das die Mönche und Pfaffen ihre vorige Weisen im Gottesdienste hielten, darauf sie denn gestiftet, und zeitliche Gueter darum haben?

ix. Weil der Churfuerst von Sachsen des in seinem Gevvissen bericht und gevvis ist, das solch Pfaffen- und Mönch-Wesen ein aergerlicher Schein vvider den Glauben, ja eine öffentliche Laesterung vvider Gott und sein Wort ist, kan er keinesvveges solche Laesterungen vvieder aufrichten, noch dahin rathen, helfen, noch schuetzen, sondern vielmehr schuldig ist zu helfen und rathen, so viel mueglich ist, das sie abgethan vverden, und aufhören etc. etc.

Vom andern, so man fragt: ob sich der Churfürst der Gueter foll annehmen, vvo die Mißbraeuche gefallen, und nicht vvieder aufzurichten find?

ix. Weil





℞. Weil in dem Fuerstenthum und Landen kein Mensch ist, der sich solcher Gueter möge oder könnte annehmen, ist's nicht allein billig, sondern auch grosse Noth, das sie der Landesfuerst zu sich nehme, damit verhuetet vverde, das sie nicht gestohlen, geraubt, vveggebracht, oder sonst umkommen. Gleichvvie er schuldig ist alle andre oder ledige, oder verlassne Gueter, (vvo keine Erben sind) im Fuerstenthum zu sich zu nehmen, vvie die Rechte das alles lehren. - - -

Bey dem ersten Gebrauch solcher Gueter muss zuzuforderst auf der Stifter Will und Meynung gesehen vverden, vvvelche nicht anderst gevesen, als das sie solche Gueter zu Gottes Dienst und Ehre haben geben vvollen. Ob sie nun nicht recht getroffen, habe man sich doch nach ihren Willen und Meinung zu richten, das man sie noch zu Gottes Dienst und Ehre gebrauche, als da sind Pfarrherren, Prediger, Schulen (add. im Bedencken von sequestration Spital, gemeine Kasten, und arme Studenten) und vvas mehr zum Worte Gottes, und Sacrament und Seel-Sorge gehört. - - -

Ob aber auch der Landesfuerst etvvas fuer sich selber von solchen Guetern behalten, oder andern davon geben möge?

℞. Ohne heucheln auch ohne abschrecken davon zu reden: vvvenn der Landesfuerst den größten Theil zum Seelsorgen und Schutz gewendet haette, und darnach das uebrige zum weltlichen Regiment beduerfte, achte ichs ohne Fahr zu seyn, desselben gleichen



gleichen etwa armen Geschlechten, und verdorbenen Adel (add. v. sequest. oder auch sonst hochverdienten, oder zum gemeinen Bau, Bruecken, Wege, Stege, Landfestung) damit helfen, denn solche Stifter und Klöster neben dem Gottesdienst auch zu solcher Leute Nothdurft vor Alters gestiftet, und bisher in Klöstern und Stiftern (wiewol unter geistlichen Nahmen gebraucht und genossen sind. - - doch das hie die Maafs gehalten werde, das nicht geitzigen und reichen ihr Wanst damit gefüllet werde. - - S. Ambrosius verkaufte Kelch und Kirchen-Geraethe, damit die Gefangenen zu lösen. *unbekannt* Ibid. fol. 1029. D. M. Lutheri Bedencken von der sequestration: - - *das die solche Güter zu Gottes* Hiebey etc. wie unser Gnädigster Herr bisher D. Mart. und Philipp unterhalten, und die gantze christliche Kirche mit schreiben, lesen, predigen, drucken, dienen lassen, und von keiner Kirchen jemals einen Heller empfangen, sondern dem Fuersten alles allein auf dem Hals gelegen, der mit dem seinen also hat aller Welt dienen muessen, das, wenn man scharff rechnen wil, soll man den Splitter-Richtern das Register wol so groß machen, das sie den Churfuersten mit ihrer sequestration schwerlich bezahlen solten. - - - *Sevom modo novab*

Darunter steht Doctoris Ionas Handschrift, schlieset mit diesen Worten: Martino und uns allen gefaellet solche sequestration wol: das nemlich in dieser Sache die Mittel-Straffe gehalten werden muesse, zwischen den allzustrengen Canonisten, und allzufreien Cameralisten. In medio consistit virtus.






## COROLLARIA.

- I. *Philosophia prima omnis certitudinis fundamenta continet.*
- II. *Felicitas non est principium iuris naturae strictè sic dicti adaequatum.*
- III. *Mathesis non immerito partibus philosophiae annumeratur.*
- IV. *In historia summus probabilitatis gradus, nulla vero certitudo admittenda videtur.*
- V. *Demonstratio existentiae Dei ex finibus rerum naturalium desumpta, circulum continet.*
- VI. *De Deo habemus ideam distinctam, adeoque*
- VII. *Deus definiri potest.*
- VIII. *Decimae non sunt iuris naturalis*
- IX. *Neque iuris positivi uniuersalis.*
- X. *Sed ex schola Pythagorae originem duxisse videntur.*
- XI. *Ad eleemosynas rite erogandas nulla bona immobilia, nulla praedia, neque redditus certi et perpetui requiruntur.*
- XII. *Illa Prochorrophia sunt optima, licet rarissima, in quibus non de victu et amictu solum, sed et de labore cuius aetati, et sexui utriusque accommodato, alumnis prospicitur.*

XIII.





XIII. *Aenigma Oeconomicum* (das Acker - Raetzel) quod emendandae agriculturae causa Petrus Kretschmar Lipsiensis pridem proposuit, nuper et resoluit, nempe: eodem anno in eodem agro bis sulcare, serere, metere, porro efficere, ut vnus idemque ager eodem anno ferietur, (brakliege) simul et eodem anno fructus ferat, ut paradoxum videatur, neque rationi neque experientiae repugnat, sed pro regionis solique diuersitate multas magnasque admittit limitationes.

XIV. *Qui parce seminat, parce et metet.* Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet II. Cor. IX. 6. optima est regula oeconomica, licet multiplicationi sementis parcioris hodie tantopere decantatae aduersari videatur.

XV. *An villas, praedia, praefecturas, vectigalia, administrare, (verwalten, berechnen) id quod medio aeuo potissimum in usu fuit, an locationis et conductionis ministerio (verpachten) cuius species sunt hodie Amodiations, moisons, arrentemens, autore potissimum Colberto in Gallia, hinc et alibi passim introductae in alios transferre praestet? problema est.*

Cum mihi sis multis spectatus amicus ab annis,  
Et dederim quondam munera nulla tibi;

Offero mente tibi, sint qualiacunque, serena  
Quae capias fido pectore, voce precor.

Sit faustum! quod docta premis vestigia PATRIS,  
Et scandis Pindi pulpita clara simul.

Sicuti defendis Megalandri magna Lutheri  
Pro merita; hinc erit et, qui tua facta canat.

gratulabundus scripsit

FRIDERICVS ANTONIVS HAHN.  
OPPONENS.



Pon Vg 5738  
1 QM

ULB Halle

3


005 359 422











B.I.G.

Farbkarte #13

GR. 190.

GR. 190

5

Q. B. V.

DE



MERITIS  
LVTHERI  
IN OECONOMIAM PVBLI-  
CAM ET PRIVATAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO

DN. FRIDERICO

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQA.

PRAESIDE

D. IO. HERMANNO FÜRSTENAU

MEDICINAE ET OECONOMIAE PROFESSORE PRIMO

FAC. PHIL. H. T. DECANO

VENERANDO PARENTE SVO

D. X. NOV. MDCCCLXIX.

IN FESTO LVTHERI

H. L. Q. S.

PVBLICE DISPVTABIT

CAROLVS GODEFRIEDVS FÜRSTENAU

RINTELIENSIS

PHIL. ET THEOL. C.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.